

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Hospitalitas b
cum fonte primo

Obsecutus Loth angelis tanquam peregrinis consuetudine hospitalitatis,
liberatus a periculo ciuitatis et temporale, euasit incendium,
et eternum consecutus est premium.

Augustinus ibidem (contra V. hereses).

Suscepit, obsecundatus est eis tanquam peregrinis consuetudine hospitalitatis.
Liberatus a periculo ciuitatis et temporale euasit incendium
et aeternum consecutus est praemium.

Quod uult deus, *Aduersus quinque haereses*, 4.8 (CCSL 60, R. Braun ed.,
p.269, ll.27-30).